

Edit

Qui confirme l'ordonnance du Comte
d'armagnac faite en conséquence de
l'assemblée des trois États tenue à Toulouze
au mois de 7^{bre} 1356.

février 1356.

Carollus regis francie Primo genitus, —
Ejusque locum tenens, Dux Normaniae, et —
Dalphinus Viennensis, notum facimus universis
tam praesentibus, quam futuris nos vidisse quas-
dam litteras sigillo charissimi et fidelis consan-
guinei nostri Comitis armagniaci, Locum
tenentis dicti Domini et Genitoris nostri in —
Patria Linguae occitanae, ut prima facie —
apparebat, sigillatas: quarum litterarum —
tenor sequitur in haec Verba.

Johannes Comes armagniaci, fereni, et
Luthena, Hiescomesque Leomaniae, et
alci Villariv, ac locum tenens Domini nostri,

Registre des Chartes, Colla' 84. p^o les années 1354. 1355. et 1356.
p^o 751.

francie regis in tota lingua occitana, Viri
veris, nati et litterarum prospectus et aliter,
et presentibus dare fidem. Nolum facimus
quod pro inopinatum, et lamentabilem
eorum Captivitate charissimi Domini nostri
Johannis regis francorum, Venerum coram
nobis ad civitatem Tholosae, cum Convocatione
Concilii de nostro mandato procedente, et ve-
rendissimi Archiepiscopi, Episcopi, Abbates,
Decani, Priores, et alii Viri Ecclesiastici pro-
toto coetu Clericorum Linguae occitanae,
Aidilice fenescalliarum Tholosae, Carcassoniae,
Bellicadi, Ruthenenis, Caturensis, et
Rigorae, discretorum et statuum, nec non
nobiles, et honorabiles Viri Capitularii regiae
Archiepiscopalis, et Suburbii Tholosae, cum pluribus
de nobilibus, militibus, Burgensibus, mercar-
toribus, et aliis plebeis dictae Civitatis, ac
etiam communitates, Conrulers, et electores
Communitatum dictarum fenescalliarum,
associatis sibi pluribus, et presentibus, et
Discretis Viris, de Captivitate, et offensa facta

dicto Domino nostro Regi, et Coronæ franciæ,
 et Reipublicæ totius Regni, per Principem
 Galorum filium primogenitum Regis Angliæ,
 et suos in hæc parte complices, admodum con-
 dolentes, et summo desiderio affectantes, pro-
 eorum posse dictum Dominum nostrum
 Regem a dictâ Captivitate existentem infra
 Linguam occitanam, liberare, requisiverunt:
 nos cum instantiâ, et perurgenti curâ, et summo
 opere laborare vellemus, et insistere circa
 liberationem, et expeditionem dicti Domini
 nostri Regis, et reparationem tam gravissimæ
 offensæ, offerendo nobis, nomine Regis, ad
 finem prædictam et ad defensionem Patriæ
 Lingue occitanæ, pro faciendis guerris
 contra dictos inimicos Domini nostri Regis,
 et Reipublicæ in Lingua occitana, certum
 numerum armatorum, quibus de eorum
 stipendiis obtulerunt reparatos solvere sub
 certis modis, formis, conditionibus, et
 recessionibus comprehensis, et declaratis
 in oblatione inde operis cor nobis factâ, et per

nos recepta, prout de iis constat, et constare
potest per litteras nobis per nos ipsos
concessas.

1^o. Ultra quos, nobis humiliter supplicamus,
quod cum ipsi verisimiliter formidarem quod
mala que patimur tam in personis Capitani
nostri dicti Domini nostri Regis, quam in
aliis eoribus, pro parte veniam ex defectu
Justicie, diu est, propter factum guerrarum
Regiarum in regno francie non servata,
ut nos de cetero Justiciam faceremus, et
fieri, et servare mandarem per Senescallos,
et quoslibet, Praepositos, et alios quoscunque
officiales temporales dictae Linguae occitaneae,
proce, proce, favore, venore, odio, et mala
voluntate cessantibus, quodque etiam
mandarem inhibendo quibuscunque
Senescallis et Praepositis Provinciarum in
Lingua occitana constitutarum, ut cessent
et cessare habeant, et cessare faciant alios
officiales et subditos ab oppositione

Comestorum in bonis aliquorum delatorum
 de aliquibus excessibus, ex quo ipsi delati se
 efferant, et praesentem pro recipienda nostra
 Justitia, et ex quo capti sum in Curia
 temporali; et quod etiam si ex causa justa
 capiam bona talium delinquentium, quod
 non mittam plures, nec immoderatos, nec
 sumptuosos comestores, et quod super jam
 factis, et aliter executis, moderamen
 debitum apponam, et illis quorum interer,
 exhibeam Justitiae complementum.

2^o Item. Etiam quod causa et status
 Dietarum Senescalliarum uniformiter Jure
 scripto regantur, et gubernentur, non obstantibus
 Statutis, vel usibus illiis de novo per
 quoscumque officarios regios intro ductis; —
 Et quod etiam servare faciemur per
 dictos officarios Regios arrepta Regia, Statuta,
 et ordinata pro utilitate Reipublicae per
 Inelitoae recordationis, et sanctae memoriae
 Beatorum Ludovicum Regem Franciae,

quondam, et ordinationes citam factas circa
abbreviationem litem, et quarundam aliarum
rerum utilitatem publicam multimode con-
cernentium per Robertum de Cerinae mili-
tem, olim reformatorem ad partes istas
deputatum per legiam et Majestatem.

3.^o Si praeterea concederemus quod nullus
habitor dictae Linguae occitanae citetur
ad Justitiam alicujus Suspendiarii, vel
alterius cuiuscunque coram praeposito, vel
praepositis guerrarum, nisi pro offensa facta
praedictis Suspendiariis, ipsis existentibus in
servitio, de quibus primo constaret per
Informationem legitime factam, et quod
Justiciariis quibus litterae citatoriae dirigerentur,
obedire non teneantur talibus citationibus,
nisi prius eisdem fides fieret de offensa facta
talibus Suspendiariis in servitio regio-
existentibus.

4.^o quod quae etiam executiones pro debitis

fiscalibus fiam per Servientes receptoriarum Regiarum, et non per alios Commissarios, Castellanos, et Servientes armorum Domini nostri Regis, et alios homines sumptuosos; quia ex hoc gratia damna debitorum fiscales multimodè patiuntur.

5.º Et præterea quod tollentur Copiatores monetarum, qui potius dici possunt de gradatorum.

6.º Et præterea Etiam quod criminiosi qui sunt etel fierent de cætero, de Burgensia montis Bersulani, per suos ordinarios Judices protalibus criminibus, non obstante privilegio dictæ Burgensie, secundum eorum merita puniantur, durante dumtaxat termino synodiæ.

7.º Et quod Etiam omnes pœnæ quas mobiles, etel immobiles, et quas incurserunt, etel incurere potuerunt ergà Dominum nostrum Regem, pro transgressione, etel;

Sanctionibus ordinationum monetarum
elegiarum, quo modocumque, vel qualiter
cumque, usque ad hanc presentem diem
Eisdem remittentur, et remissa, et quittata
remaneam.

Nos igitur ipsorum supplicantium laudabile,
et honorabile ac fructuosum propositum
attendentes, et considerantes ipsorum Suppli-
cantium fidelitatem, Liberalitatem, et
affectionem, quam ostenderunt, et ostendum
erga Dominum nostrum Regem, et Coronam
francie, et statum totius Regni sui, Ho-
lentes, prout dicitur, et circa predicta salu-
bitur providere, Eisdem supplicantibus pro
se, et nomine dictorum nobilium, et Com-
munitatum, et pro aliis Personis superius
nominatis, de nostra certa scientia, et
gratia speciali, et de plenitudine Potestatis
elegie nobis in hac parte attributa, et
ex certa scientia, per ipsorum petita, suppli-
cata, et requisita concedimus, et fieri,

Et laequi volumus, et mandabimus fieri, et observari in quibuscumque Senescallibus praedictae dictae Linguae occitanae, et eorum resortibus: Salvo in aliis Jure Regio, et in omnibus quolibet alieno: In quorum omnium fidem, et testimonium praemissorum, nostrum praesentibus litteris fecimus apponi sigillum. Datum Tolosa, die 26^a 8^{bris} anno Domini 1556^o.

Comites, Vicecomites, Barones, Milites, et Domicelli dictae Linguae occitanae; datum Et supra.

Notae autem comprehensa in litteris supra scriptis attendentes, omnia, et singula in eisdem contenta, diligenti in magno Reonomi-nati Domini Genitoris nostri, atque nostro concilio deliberatione praehabita, laudamus, approbamus, et nomine ipsius Domini nostri, ac primo genitus, et locum tenens ejusdem, auctoritate legita, et ex certa scientia, et tenore praesentium confirmamus: Salvo-

Tamen, et expressè reservato quod per hanc
nostram approbationem, et confirmationem,
nolumus consenta in litteris supra scriptis,
ordinationibus beati Ludovici, de quibus
supra fit mentio, sive ordinationibus per
defunctum regem Philippum pulchrum,
dum vivens, factis in aliquo derogare,
etiam aliquid immutare; quod quæ
ordinationes per prædictum Robertum de
Charniac factæ, ut præfertur, dictis
ordinationibus beati Ludovici, et Philippi
Pulchri prædictorum non discrepent; quod
ut stabilitatis perpetuæ vobis obtineat
in futurum, has nostras præsentis litteras
Sigilli Castellæ Parisiensis, in absentia
prædicti Domini Genitoris nostri magni-
ficilli, munimine fecimus roborari: nostro,
et alieno in omnibus Jure salvo. Datum
apud Lutetiam præpè Parisius anno —
Domini 1556.º mense februarii.

Per Dominum Ducem, de relationem.

Jui Conclii, in quo erant Domini Episcopi
Nivernensis, et Morinensis, et Dominus
Delexello.

Dyonisius. Collatio facta est cum
litteris originalibus presentibus
Insertis. 1.